

*Corpus, & obtusis ceciderunt viribus artus,
Claudicat ingenium, delirat linguaq; mensq;*

Discamus inquam hanc linguam, præcipuè in hac ultimâ
mundi senectâ, quâ Humaniora Studia ad incitas redacta.
(partim ob bella crudelissima, siquidem

*Carmina nostra valent tantum inter prælia, quantum
Chaonias, dicunt, aquilâ veniente, columbas.*

partim ob contemptum, de quo in peculiari Satyrâ con-
queritur *Juvenalis*, & livorem, virulentamq; invidorum ra-
biem, literarum cultores: pipulo differentium, sugillan-
tium, deprimentium. . . *Portentosum enim istud, ut verbis*
utar Clarissimi Philologi, M. Rivini, Poet. Profess. Lips. Amici cer-
tissimi, Spinturnicium, fœdumq; ac abominandum Pitheci-
um, Harpyia Περυσιαστής, virtutis crescentis & enitescen-
tis sufflaminatrix, mendaciorum fictrix, Bonis obstrepens
sublannatrix, Invidia:

Sat. 7.

neg, adeo nil

Crescere, nec patitur meritas exsurgere laudes.)

negliguntur, & horrenda barbaries nostris imminet cervi-
cibus, multiq; properant ad veteres tenebras; dum de
fortunis suis, quomodo in majus augeant, quum veras di-
vitiis ignorent, potius sunt solliciti; certè si ita manus re-
mitteremus, Pontificum Edictis non erit opus, Sacra studia
spontè in exilium ibunt. Sed absumpam, neque longiori-
bus, laxioribusq; verborum perustomatibus aures vestras,
Audiores Magni, suspensas tenebo. . . Quum itaq; omnis
Eruditionis ac Sapientiæ thesauri, in hoc literarum Prin-
cipe, HOMERO, sint reconditi, hicq; nobis Cecropium,
Græcicæ linguæ nectar reliquerit purissimum, tibi Beni-
gnissime CHRISTE, meritò gratias agimus magnas, quod
tam bonum, tamq; utilè Autorem, ad nostrum etiam usum